



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Præfatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)



# CONSTITUTIONES CLEMENTIS PAPÆ QVINTI, IN CONCILIO VIENENSI EDITÆ.

## PRÆFATIO.

Ioannes Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, doctoribus, & scholaribus universi Bononiæ commorantibus, salutem & Apostolicam benedictionem. <sup>a</sup>

**Q**uoniam nulla juris sanctio, quantumcumque, perpenso digesta consilio, ad humana natura varietatem, & machinationes ejus inopendentes sufficit, nec ad decisionem lucidam, suæ nodosæ ambiguitatis attingit: eo præferimus, quod vix aliquid aded certum clarumq; statuitur, quin ex causis emergentibus (quibus jura jam posita mederi non possint) in dubium recedat: Quia etiam ab adolescentia viri proclivis ad malum sensualium humana declinat, per quod morum subversio in clero & populo frequenter obrepit: necessaria est superioris auctoritas, ut tam per determinationis opportuna suffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat, & obscura succidat, quam per auctoritatis providi sarculum extirpet vitia, virtutes inserat, corrigat excessus, moresq; reformet. Hæc sanè felicitis recordationis Clemens Papa quintus prædecessor noster providenter attendit, & providè cupiens deformatorem reformationi prospicere, solvere difficulta, ac sanctiones provisionibus & negotiis imminentibus consonas promulgare: Dudum nedum in Concilio Viennensi quinetiam ante & post ipsum concilium, constitutiones plurimas edidit, in quibus multa alia statuit atq; salubria, & nonnulla dubia in iudiciis & extra frequentata decidit. Et licet eas collectas in unum volumen, & sub congruo titulo collocatas mittere decrevisset, & deinde in commune subjectis: assidua tamen occupatio circa magna, ac sortis humana causa, ipsum de medio sustulit, in causa fuerunt, quare suum in hac parte propositum non implerit. Nos etiam, qui sicut eidem (licet immeriti) in apostolatus officio, Domino permittente, successimus: sic & in affectus plenitudine, in iis, quæ compendium universi concernunt, successisse debemus, tot grandibus agendis & arduis fuimus, à nostræ promotionis exordio, circumscriptis quod tam ex hoc, quàm ex causis rationabilibus aliis, quas sub silentio providimus committendas, prædictas vobis communicare constitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc vobis (opportunitate captata) illas vobis sub bulla nostra transmittimus. Universitati vestre per Apostolica scripta mandantes, quatenus eas prompto affectu suscipiatis, & studio alacri, in se vobis manifestatis & cognitis usuri deceterò in iudiciis & in scholis. Data Avinion. 6<sup>to</sup> VII. Kalendas Novemb. Pontificatus nostri anno secundo.

<sup>a</sup> Hanc benedictionem primò introduxit Papa Cletus, loco cuius scribitur ab ecclesia præcisus. Spiritum sacrorum concilii. Et licet ista benedictio omnibus proliis, qui tamen non student, non gaudent privilegio studii. Z. Van Espen. & De his vide C. de contra. & consilial. l. optimam. 2. q. ultim. bellorum. de proba. quoniam de re. iur. ab lib. a. de qua in Spe. de instrum. edit. s. restat.